



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

28 De dote æstinata eiusque effectu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

regias, quæ iuris communis, non statutorum, nec legum municipalium iure censentur. Tunc sane possit opinio prior obtinere, quando statutum aliquid adderet iure communi. cuius rei exemplum in hac materia traditur, quoties statutum, quod victus victori condemnatur in expensis, non dirigit verba in ipsum iudicem, sed potius inducit obligationem quandam ipsius victi, aut eam victori tribuit: sic sane victus teneatur victori ad expensas: vel victor expensas petere à victo, etiam si iudex earum condemnationem omiserit: quasi actionem victor habeat ad eas petendas: quemadmodum Matthesi. existimat, & post eum idem adnotatur Alex. in d. l. 1. col. pen. ff. ad leg. Falcid. idem in d. §. si autem alterutra. Fel. in d. c. 1. de rescript. idem Fel. in c. significaverunt. de exceptio. col. 3. atque ita est hæc quæstio definienda. Nec omnino certum est, Bart. opinionem in d. §. si rem. communem esse, cum constet, multos iuris vtriusque Doct. contrarium tenuisse, quorum mentio fit in præcatis locis.

Septimo, tunc fit condemnationis in expensis, eum fuerint petita: alioqui iudex non tenetur victum victori condemnare in expensis. gl. ordinaria in c. vlt. de rescript. Illic Communitate recepta, notat Abb. & Fel. in c. significaverunt. de except. Alex. & Ia. in d. §. si autem alterutra. n. 30. idem Ia. in l. vlt. de iur. i. c. de precib. imp. offeren. col. 1. Corlet. in singul. in verbo, expensas. & Hippo. in sing. 684. Iudex vero, si velit, poterit condemnare victum auctori in expensis factis post litem contestationem, etiam si non fuerint petita: glo. in d. c. si rem. lib. Bart. & illic alij in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. Dec. in c. sepe de appel. col. vlt. Ia. in d. §. si autem col. 8. argu. l. Adiles. §. si sententiam. ff. de adilit. adilit. duo tamen tradit Ia. in d. §. si autem alterutra. quæ practice iure, ac merito videbuntur dubia. Primum, quod sit satis, peti ab actore vel reo ferri sententiam pro se: vt iudex teneatur condemnare victum in expensis: & id voluit Bal. ibid. Alterum quidem, quod post latam sententiam eodem die poterit victor petere condemnationem expensarum ex ratione. l. Paulus. in prima. ff. de re iudica. Hæc etenim sicut nec illud, quod adnotauimus ex gl. in d. c. si rem. lib. non video in praxi recepta fuisse.

Sed si quis expensarum condemnationem petierit, eaque fuerit à iudice omissa, non poterit Appellare victor ab omnia condemnatione expensarum. l. vlt. c. quando prouocare non est necesse. Quæ tunc obtinet, cum aduersarius appellat à sententia: quia si victus non appellauerit, potest victor à sententia prouocare: quæ ex parte omissa fuit condemnatio expensarum, vt eas obtineat: quemadmodum ex d. l. vlt. adnotarunt eius rationem obseruantes Ant. Abb. & omnes in c. significaverunt. de exceptio. & idem erit, quoties appellat victus à sententia, in eo, in quo ipsi prauadicat, non in aliis: tunc etenim eadem ratione, cum appellat, non suspendat sententiam, nec deferat causam ad iudicem appellantis, quo ad omittam condemnationem expensarum, quo ipsi victo utilis est: non contraria, sicut Pan. & Fel. col. 2. asseuerant in d. c. significaverunt. idem Abb. in c. cum Ioannes. col. vlt. de fid. instrumentorum. poterit victor ex ea causa prouocare.

Cæterum hæc vera sunt, vbi omissa fuit expensarum condemnatio: quia iudex non videtur ab eis absolueret victum, quod notauimus in c. 25. n. 6. Attamen si iudex in sententia absoluerit expresse ab expensis, tunc sane necessaria est appellatio victoris, alioqui transiret quo ad expensas sententia in rem iudicatam, etiam aduersario simpliciter appellante, atque ideo permittitur in hac specie appellatio à sententia ratione expensarum: nec locum habet d. l. vlt. si cuti probare conantur contra Pan. ibi Ant. Imol. & Fel. col. 2. in d. c. significaverunt. authoritate illius. c. iuncta interpretatione gl. 2. idem Imo. in c. vlt. de excep. col. vlt.

Sed & vera sunt in expensis, quæ officio tantum iudicis mercenario petuntur: quasi secus sit in expensis, quæ iure actionis debentur: hæc etenim poterit victor petere, etiam lata sententia quæ transierit in rem iudicatam, & omiserit expensarum condemnationem tex. opt. in l. 4. C. de positi. notant Imo. & Rom. in l. si terius. §. Celsus. ff. de aqua pluuiæ arceud. sensit gl. magna in c. si rem. lib. de dolo & contumacia, cuius conclusionis exemplum patet in expensis, quæ debentur ex contractu, & vere sunt conuentionales. Item, vt quidam opinantur, idem erit in expensis, quæ debentur ratione contumaciæ: Siquidem expensæ ratione victoriæ, siue fuerint factæ ante litem contestatam, siue post, debentur offi-

cio iudicis: quæ vero causa contumaciæ fiunt ante litem contestationem, debentur actionis iure: quæ autem postea factæ fuerint officio iudicis, secundum communem in d. c. si rem. lib. & Ripam in d. §. hoc autem iudicium. n. 82. atque ita est intelligenda gl. magna in cod. si rem. lib. Quæ asseuerat, expensas factas ante litem contestationem iure actionis deberi.

Octauo, est omnino hac in re obseruandum, expensas, in quibus victus victori condemnatur, taxandas esse à iudice secundum qualitatem litigantium ex proprio quidem arbitrio, vt tandem præmissa taxatione victor iramentum præstet, se vere impendisse quantitatem illam, quæ per iudicem fuerit definita gl. magna in d. c. si rem. lib. & c. 1. & 2. de elect. in 6. gl. in c. dilecti. de foro comp. & in ibi Pan. & Doct. text. opimus in c. olim. de iniur. Abb. in c. vlt. de his, quæ vi met. causi. sunt. Ia. in l. si quando. C. vnde v. n. 20. post alios quorum meminit. idem probat regia lex. i. tit. 18. 3. ord. [bodie l. 3. in 22. d. 4. Recop.] Nam cum hoc iramentum sit de veritate, non de effectione, oportet præcedere iudicis moderamen ipsum iramentum. & hæc de iudicialibus expensis: nam de extrajudicialibus qualiter probari debeant tractat gl. in d. c. dilecti. gl. in l. vnica. verbo, subtilitatem. & illic late Rebuffus. C. de sent. quæ pro eo, quod intrest.

CAPVT XXVIII.

De his rebus, quæ in dotem dantur æstimatæ,

S V M M A R I A.

1. Æstimatio verum dotalium emptionem facit in dubio, etiam si precium in arbitrium alterius conferatur.
2. Æstimatio, an faciat emptionem quoties apponitur clausula, quod dos restituatur eodem modo, quo data fuit.
3. Clausula, quod res restituatur eodem pretio, quo fuerit æstimata, an impediatur venditionem fieri per æstimatorem.
4. Intellectus h. si æstimatus ff. solu. matr.
5. Quis oportet clausula, ex qua datur electio quo ad res vel æstimatorem marito vel uxori.
6. Æstimatio quarundam verum dotalium tacite à iure constituitur.
7. Æstimatio absque certa quantitate, an faciat emptionem.
8. Inopia mariti an impediatur presumi emptionem ex æstimatione.
9. Æstimatio an faciat emptionem quoties pretium non est iustum, & in intellectu ad l. 16. tit. 1. par. 2.
10. Traduntur alij tres casus, in quibus Æstimatio non facit emptionem & explicantur.

EX multis dotalibus instrumentis, quæ apud Regia tribunalia passim in iudicio producuntur, plura vidi, in quibus res in dotem traduntur æstimatione quadam ad numerorum certam quantitatem definita: eaque ratione non infrequens contingit dubitatio, an resita in dotem tradita sint matrimonio soluto restituenda omnino, vel an sit satis, quod restituatur earum rerum æstimatio, aut præcise ad huius solutionem teneatur ipse maritus, & eius heredes. Quia in re illud est maxime adnotandum, Æstimationem emptionem & venditionem constituit & efficit. text. celebris, qui hanc conclusionem probat in dubio: vbi aliud nõ fuerit ex pressum in l. quoniam. C. de iure dot. gl. in l. si inter virum. C. eo sit. l. plerumque ff. eod. l. ex. conuentione. C. de pactis. Quo in casu expresse apparet contractus dotis, & subintelligitur contractus venditionis, arg. l. singulari. ff. si cert. peti. atque ita hanc opinionem, quæ communis est, sequuntur plures, maxime Soc. conf. 56. lib. 1. verb. septimus casus. Rubicus in conf. 5. Soc. lun. in conf. 14. lib. 1. Alex. conf. 156. n. 1. lib. 6. & alij quorum meminit Tiraq. l. 1. de retract. §. 1. gl. 14. in 20. tex. insignis in 16. & 18. tit. 11. par. 4. not. Bar. in l. si in certo. §. nunc videndum ff. commodati. col. 2. quæ quidem regula constituta, sunt aliquot in practicis exemplis examinanda, quæ amplius aperient huius tractatus difficultatem.

Primum etenim constat, hanc opinionem veram esse, etiam vbi ab initio dantur res in dote absque certa æstimatione, pacto tamen expresse, quod hæc res æstimentur per arbitros ad id electos: atque ita dantur res in dotem æstimatæ illa æstimatione, quæ fuerit per arbitros definita: nec illi arbitri eam æstimatorem definiunt. Nam censeatur datæ res illæ æstimatæ ea æstimatione, quæ facit emptionem ad pretium illud, quod tempore traditionis res illæ iuste valebant sit enim in hoc casu æstimatio ab ipsa lege, quemadmodum eleganter in hac specie respondet Soc. in conf. 56. l. col. penult. huius opinionis auctorem allegans quandam ex iunioribus in l. æstimata. ff. solu. matr. is vero est Bal. Nouellus, quem citat & sequitur Barth. Soci. in conf. 60. lib. 3. quali fauore dotis arbitris nõ arbitrariis locus sit arbitri, boni viri. l. 3. C. de dotis promiss. cum p. ff. §. gener. ff. de iure dot. de quo statim latius vers. 7.

Secundo apparet ex his, quod si præcesserit dotis promissio in certa quantitate, & secuta fuerit rerum quarundam traditio pro dote promissa: illæ res censentur æstimatæ illa æstimatone, quæ facit emptionem: quemadmodum visum est Barth. Soci. conf. 69. lib. 4. col. pen. quem sequitur Soci. iunior in d. consil. 147. col. 2.

Tertio, quod mihi fortius & audacius dictum esse videtur eidem Soc. in conf. 69. col. pen. placet, quod si priori marito fuit promissa dos certæ quantitatis, & deinde secundo ac posteriori marito sit promissa dos abque certæ quantitatis mentione, & res quædam pro dote tradantur huic posteriori marito simpliciter, censentur datæ pro quantitate priori viro promissa, & æstimatæ illa æstimatone, quæ emptionem facit. Quia dos data priori viro, in dubio videtur etiam posteriori promissa. *l. diuis. & l. dotem ff. de iure dot. l. pen. §. vxor. ff. solut. matr. l. cum maritus. §. Titius. ff. de pact. dot. Cynus in auth. sed quæritur. 3. quæst. C. de rei vxor. actio. Bart. in disputat. incipienti. quædam mulier habens amplum patrimonium. hac etenim ratione Soci. ipse visus est ad huius conclusionis probationem.*

Quarto adeo verum est, & æstimatorem rerum dotialium in dubio emptionem efficere ac venditionem, ut id etiam obtineat, quoties datis rebus in dote, eisdemque æstimatis, appositæ fuerit clausula hæc, quod soluto matrimonio res ille tradantur & restituantur his modis, & formis, quibus datæ fuerant. Nam hæc verba hunc sensum habent, ut integra fiat dotis restitutio, quo ad prætaxatam æstimatorem: sic tandem opinatur Anr. Rubæ. in conf. 5. cui refagari videtur. *tex. in l. si inter virum. C. de iure dot. l. vltima. vbi Bald. Fulgos. & Saly. C. de pact. dot. l. si æstimatis. ff. solut. matrimo. quibus in locis probatur. rerum dotialium æstimatorem non efficere venditionem, vbi adicitur in contractu clausula illa, quod soluto matrimonio ille res in dote datæ restituantur sub eisdem pretiis. Nihilominus istæ clausulæ differre videntur, cum hæc posterior magis aperiat mentem contrahentium, à quibus actum esse par est, & præsumi potest, quod matrimonio soluto fiat earundem rerum restitutio, non quo ad æstimatorem, sed præcise quo ad ipsasmet res idcirco prior clausula maxime distincta videri poterit à posteriori, de qua vterius hoc in capitulo tractabimus numero sequenti.*

Sed ex contrario constitui debet conclusio, quæ primam ad praxim & usum forenses distinctius deducat in hunc sane modum, Rerum dotialium æstimatio non efficit venditionem nec emptionem constituit quoties deduci potest ex pacto contrahentium, expresse vel tacite, æstimatorem factam fuisse ad alium effectum, non ut venditionem efficeret. Probat hanc conclusionem *tex. in l. si æstimatis. ff. solut. matr. & fatentur omnes vtriusque iuris interpretes, qui questionem istam tractauerunt: præsertim Soc. in d. conf. 56. lege prima. tex. opti. in d. l. si inter virum. C. de iure dot. l. & illic omnes hoc ipsum adnotarunt. Quod apertius explicabitur traditis aliquot illationibus, quæ hanc, controuersiam attingunt.*

Primo ex hoc patet, & æstimatorem rerum dotialium non efficere emptionem, vbi adicitur huic æstimatoni, quod soluto matrimonio restituantur vxori pro eodem pretio, quo fuere æstimatæ *tex. singular. in d. l. si inter virum. & inibi Bald. Bar. Sal. & alii post gl. & Cyn. text. opt. in l. vlt. ff. pact. dot. l. vlt. cuius æstimatoni effectus est, quod soluto matrimonio res ipsæ æstimatæ, si extant minime diminutæ, aut nulla ex parte deteriores, restituendæ sunt vxori. At si deteriores fuerint effectæ culpa mariti, tenebitur is ad æstimatorem præfixam in contractu: sicuti probatur in dictis locis, & est communis omnium interpretatio. Tenetur tamen maritus in hac specie de culpa leuissima, secundum Paul. de Cast. in d. l. si æstimatis. ff. solut. matr. num. 3. tamen si res istæ dotales nihilominus sint, quarum periculo propter præscriptam æstimatorem maritus tenetur, si id cõtingerit ob culpam eius etiam leuissimam, ut ipse Paul. existimat. idem repetit Paul. ipse in l. pen. §. mancipia. ff. solut. matrim. qui vtrobique censet, maritum non teneri, nec ad res nec ad æstimatorem, in hoc casu, si res perierint, aut deteriores fuerint effectæ absque ipsius vlla culpa. idem notat gl. vlti. & Saly. in d. l. si inter virum. quam sequitur assensens Communiter receptam esse Soc. in d. conf. 56. col. 2. libro. 1. cum alioqui regulariter maritus pro rebus dotialibus teneatur de dolo, lata culpa, & leui non de leuissima. *l. etiam. §. 1. & illic omnes. ff. solut. matrim.**

Vnde infertur ad intellectum *text. in d. §. mancipia.* quo in loco iuriconsultus scribit, maritum teneri de periculo re-

rum dotialium æstimatarum, vbi ipsi æstimatoni adiecta fuit clausula prædicta, quod res soluto matrimonio pro eodem pretio restituerentur vxori. Est etenim hic verus sensus, quod si res illæ tempore matrimonii soluti valeant, idem pretium quo fuerunt æstimatæ sit satis eisdem vxori restitui: si vero res sint minoris valoris propter culpam etiam leuissimam mariti, teneatur ad æstimatorem præfixam in contractu, quod non Paul. Cast. in d. §. mancipia. quod si absque culpa viri perierint, vel factæ sint deteriores, aut ratione temporis earum valor fuerit minor absque vlla reueralesione, satis erit easdem res vxori restitui & tradi a viro qui non poterit inuita vxore res easdem sibi retinere soluta æstimatone.

Hinc etiam constat interpretatio huius clausulæ, quæ ita concipitur, ut res dotales æstimatæ, soluto matrimonio pro eodem pretio vxori restituantur: est etenim hic verus sensus, quod si res illæ tempore matrimonii soluti valeant, idem pretium quo fuerunt æstimatæ sit satis eisdem vxori restitui: si vero res sint minoris valoris propter culpam etiam leuissimam mariti, teneatur ad æstimatorem præfixam in contractu, quod non Paul. Cast. in d. §. mancipia. quod si absque culpa viri perierint, vel factæ sint deteriores, aut ratione temporis earum valor fuerit minor absque vlla reueralesione, satis erit easdem res vxori restitui & tradi a viro qui non poterit inuita vxore res easdem sibi retinere soluta æstimatone.

Huius autem periculi ratione maritus in hac specie consequitur commodum illud, quod partus ancillarum, alioqui ad vxorem pertinentes, ipsius viri efficiuntur, necesse tenebitur restituere vxori matrimonio soluto. Partus autem intelligo matrimonio cõstante editos, *text. insignis in d. §. mancipia. secundum commune intellectum.* Nam iuriconsultus nihil aliud ad effectum istum exigit, quæ periculum marito incumbens ex clausula superius tradita, licet regia l. 20. r. 11. par. 4. exigat, quod maritus receperit in se periculum rerum dotialium æstimatarum absque venditione, quo ad earum interitum, vel diminutionem. Quin & eadem lex sensit partus ancillarum dotialium ad virum pertinere, si editi fuerint matrimonio cõstante, quoties ipse periculum ancillarum, etiam non æstimatarum, in se suscepit quo ad interitum vel quo ad diminutionem tantum. Cuius decisionis æquissima ratio est: & deducitur à responsõ iuriconsulti in d. §. mancipia. Sed & fortassis pactum hoc expressim ita conceptum, maiorem vim & potestatem obtinebit, quàm tacitum, quo ad hoc, ut maritus teneatur etiam si absque vlla eius culpa, etiam leuissima res dotales perierint, vel fuerint deteriores effectæ.

Secundo deducitur ex d. principali conclusione, æstimatorem non facere emptionem, quoties adicitur pactum, quod res æstimatæ soluto matrimonio restituantur vxori, si tunc extiterint. habita tamen ratione augmenti & diminutionis, boni viri arbitratu. *text. opti. in d. l. si æstimatis. Quem Paul. Cast. & alii sic inibi interpretantur: & Soc. in d. conf. 56. col. 2. l. 1. huius autem clausulæ ille potissimum constat effectus, quod res illæ, si solut. matr. extant, etiam apud tertium, quia nondum perierunt, restituendæ sunt vxori, ab eaque peti poterunt ipsasmet res, aut earum iusta eius temporis æstimatio: ut Paul. Cast. post alios explicat in d. l. si æstimatis. & est Communis Opinio. Etenim cum dominium non sit vere translatum in maritum, imo matrimonio soluto sit penes ipsam vxorem, quia æstimatio nõ fecit emptionem, poterunt res istæ ab vxore reuendicari. *argum. l. quod si fundus. ff. de fundo dotali.* Sic sane in hac specie propter vim & potestatem præscriptæ clausulæ, si tempore matrimonii soluti res extantes sint maioris æstimationis, hoc augmentum cedit lucro mariti, modo non sit augmentum intrinsece contingens: si vero sint minoris æstimationis, hoc augmentum extrinsece ob culpam, etiam leuissimam mariti, damnum hoc marito incumbit: & propterea consequitur commodum traditum à iuriconsulto in d. §. mancipia. nec tenetur maritus de diminutione, aut interitu absque vlla eius culpa contingenti secundum Paul. de Castren. in dicta lege si æstimatis & Salyetius in dict. leg. si inter virum. *Cast. de iur. dot.**

Tertio colligitur adhuc æstimatorem rerum dotialium emptionem non efficere, si pactum sit, quod res ipsæ matrimonio soluto restituantur. Etenim in hoc casu idem respondendum erit quod in præcedenti, etiam si non fuerit

adfecta clausula illa: habita ratione augmenti, & diminutionis: quia hæc censetur tacite subintelligi: quemadmodum sentit Paul. de Cast. in d. l. si aestimatis. num. 5. & tenet Soc. in d. conf. 56. vers. quæritur casus lib. 1. idcirco ea, que proxime diximus, erunt & in hoc casu repetenda.

His vero prænotatis, est adnotandū, quod licet alioqui res dotales nō possit à marito alienari, etiam consentiente vxore, vt iustificat. quibus alienare licet in princ. & per totum. ff. de fundo dotali. attamen in his tribus casibus fundus dotalis poterit alienari à viro consentiente vxore: quæuis soluto matrimonio vxor petere valeat aestimacionem in ipso contractu dotis definitam, text. sing. secundum omnes fere iuris ciuilibus eius interpretes in d. l. si aestimatis. Cuius meminere idem tenentes Bald. Nouellus de dote part. 7. prouid. 1. num. 10. Io. Campegius de dote. par. 1. q. 46. probat idem tex. in l. vnica. 1. & cum lex. C. de rei vxori. actio. & in l. vltim. ff. de pact. dotali. ex qua apparet, hoc procedere siue res dotalis sit mobilis, siue immobilis, secundum Paul. de Cast. in d. l. si aestimatis. num. 19. tamen si tex. in d. l. si aestimatis loquatur de rebus mobilibus. Quod est hæc in materia memoriæ & menti tenendū idem notat Io. Lupi in rubr. de donat. §. 17. nu. 8. pulchre Salyc. in l. infres. C. de usufruct.

Horum autem trium casuum illa potissimum ratio traditur in d. l. si inter virum & in l. cum post. §. cum res in dote. ff. de iure doti. Quod hæc aestimatio facta sit non causa venditionis, aut emptionis: sed vt cognoscatur, an res sit effecta deterior, vel preciosior. Vnde Socin. in d. conf. 65. inquit, facta simpliciter aestimacione cum facta, quod res ipsa matrimonio soluto restituatur, tacite subintelligi clausulam illam, cuius meminuit Iuriscōsultus in d. l. si aestimatis. Et idem illic tenet Paul. de Cast. vt diximus. Quamobrem periculum rerum dotalium contingens culpa etiam leuissima mariti, viro incumbit: non vxori: cui tamen accedit damnum absque vlla mariti culpa eueniens, sicut & ipsius rei augmentum intrinsecum nulla facta per maritum melioratione.

Quod si hæc vera sunt, vt videtur à Doct. recepta, inde contabitur intellectus ad l. 19. tit. 1. par. 4. quæ expressim addit augmentum & damnum rerum dotalium aestimatarum ipsi vxori accedere, & ad ipsam pertinere, quoties aestimatio facta est ad effectum, vt appareat matrimonio soluto, an res sint effecta viiores, an preciosiores. Nam quo ad damnum rerum, est constitutio intelligenda, vbi id contigerit absque vlla mariti culpa etiam leuissima. Si quidem damnum ipsius rebus ita aestimatis contingens culpa viri, etiam leuissima, non pertinet ad vxorem, sed ad maritum. Atque ita erit prædicta regia lex interpretanda, vt conueniat his, quæ iure communium decisa sunt.

Quarto, tunc aestimatio rerum dotalium emptionem manifeste facit, cum pactum fuerit soluto matrimonio, res ipsas, vel earum aestimacionem arbitrio & electione mariti restituendas esse. l. plerumque ff. de iure dot. regia l. 17. tit. 1. par. 4. notant omnes in d. l. si aestimatis. Adhuc tamen non est hæc ipsa pactio vera emptio, quia si maritus eligat tradere, ac restituere ipsas res, etiam deteriores, obligationi satis faciet, modo non fuerint deteriores effecta, culpa saltem leui ipsius mariti. l. sane. ff. de iure dot. quam ita explicat Paul. in l. aestimatis. ff. solut. mat. idem sensu d. regia l. 18. ad fin. dum inquit, marito eligente restitutionem earundem rerum, augmentum, & diminutionem ipsarum pertinere ad vxorem, nisi diminutio culpa viri contigerit, aut ipse vir in se suscepit damnum ipsarum rerum dotalium. Nam vbi aestimatio emptionem effecerit veram: quia præcisè ipsa aestimatio restituenda est, dubio procul damnum & periculum ipsarum rerum utrunque contingens, etiam absque culpa mariti leuissima, ipsi marito imputatur, quemadmodum vxori incumberet, si nulla fieret aestimatio rerum dotalium, damnum absque culpa leui mariti contingens: d. l. plerumque. d. l. 18. tit. 1. par. 4. l. etiam. §. 1. ff. solut. mat.

Sed in hoc quarto casu, maritus, re penitus extincta, etiã absque vlla eius culpa leui, vel leuissima, tenebitur præcisè ad aestimacionem, quod probatur in d. l. plerumque cum l. sequen. optime tradito Paul. de Cast. in d. l. aestimata. qui in d. l. si aestimatis. scribit, posse in hac specie maritum res alienare absque villo consentu vxoris. l. quod si fundus. ff. de fundo dot. idem adnotauit Ludou. Roman. in d. l. si aestimatis. nu. 22. & sequentibus. quibus in locis ab his & aliis receptum est, in dubio quoties in contractu dotis actum sit, soluto matrimonio res ipsas,

vel earum aestimacionem restituendam fore, electione ad ipsum maritum pertinere: idque apertissime conitit in d. l. plerumque §. vltim. & not. Socin. in d. conf. 56. col. 2. lib. 1. quod si electio rerum vel aestimacionis expressim vxori fuerit excepta in contractu dotis: tunc maritus, matrimonio consistente non poterit res dotales aestimatas alienare absque consensu vxoris. d. l. quod si fundus. Harumque rerum periculum ad maritum pertinebit, si vxor elegerit aestimacionem: sicut & in eo casu augmentum ipsius erit viri. At si vxor elegerit res ipsas, plane augmentum earum, & damnum ipsi vxori accedent: quod satis constat ex l. 19. tit. 1. par. 4. & d. l. plerumque. tenebitur tamen vxor meliorationes rerum mariti opera, & impensas factas ipsi viro soluere: etenim hoc non tollitur per pactiōnem superius commemoratam. Ex his vero poterit lector expendere, an Car. Mol. in Consiul. Paris. tit. 2. §. 56. nu. 40. recte intellexerit Iuriscōn. responsum in d. l. plerumque.

Quinto, si mentem ipsorum contrahentium & rationes iuriscōsultorum consideremus, manifestum erit, multum nocere marito, aestimacionem simpliciter factam in contractu dotis earum rerum, quæ licet non cōstent numero, pondere, nec mensura: vsu tamen consumuntur, tenetur siquidem maritus ad aestimacionem præfixitam, etiam si res fuerint consumptæ, vel attritæ per vsu ipsius tantum vxoris. tex. est celebris in l. aestimata. ff. solut. mat. vbi Bart. & omnes illius responsi rationem, & decisionem cōmendant ex eo, quod hæc aestimatio emptionem in dubio effecerit. & ideo maritus præcisè tenetur ad aestimacionem: cum sit perfecta ipsa rerum aestimatarum venditio.

Sexto constituitur à lege absque pacto contrahentium tacita quadam rerum dotalium aestimatio, quoties res in dote data consistunt in pondere, numero, vel mensura: Nam soluto matrimonio tenetur maritus ad earum aestimacionem, licet fuerint absque eius culpa consumptæ. gl. singu. in d. l. si in re. & ff. solut. mat. per tex. in l. res in dote. ff. de iure dot. cuius hæc sunt verba. res in dote dote, quæ pondere, numero, mensurae constant, mariti periculo sunt, quia in hoc dantur, vt maritus eas ad arbitrium suum distrahatur: & quandoque soluto matrimonio eiusdem generis & qualitatis alias restituat vel ipse, vel hæres eius. Hæc enus Iuriscōsultus: cuius in specie meminimus, quod gl. non satis sensum illius responsi explicauerit. Sique maritus nō tenetur ad aestimacionem, sed ad restitutionem aliarum eiusdem generis & qualitatis, sicuti optime admonet Paul. de Cast. in d. l. aestimata. no. 10. Lup. in rubr. de don. §. 17. n. 8. regia l. 21. tit. 1. par. 4. quæ est singularis. Est ad hoc ratio elegans ex l. 2. §. nuntius datus. ff. de cert. per. quo in loco res ista dicitur eius esse conditionis, vt in suo genere functionem recipiant: id est, quæ propter naturam vel artis similitudinem recipiant promiscuum vsu, ita quod vna possit alterius vice fungi: vt frumentum cum frumeto: vinum cum vino: oleum cum oleo: aut tandem formalem & substantialem æquipollentiam res istæ habent in suo genere, vt vna res vniformiter fungatur vice alterius, & substantia liter: sic quod non eadem res, & certa in indiuidua specie reddatur: sed eadem res, & certa secundum veram & realem substantiam genere & qualitate solvatur, id est, solui possit: quemadmodum explicat Car. Mol. in tract. de contractib. n. 17.

Septimo, vt rem istam amplius exponamus non prætermittemus disputationem hæc: an aestimatio rerum dotalium efficiat emptionem, quoties certa quantitas ipsius aestimacionis expressa non fuerit. & Bar. in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commodati. n. 5. asserit, non cōstitui emptionem ex hac aestimacione, quæ incerta est. Vnde si dictum sit in contractu, res illas tradi aestimatas, nulla aestimacionis definita quantitate, non efficitur emptio: atque ideo perempta non debetur aestimatio. Quam opinionem sequitur Curt. iun. in l. ex conventionione colu. 2. C. de pactis. adduciturque à Bar. tex. in l. quidam. §. 2. ff. de lega. 1. vbi re legata alicui, & grauo legatario, alteri pretium eiusdem rei restituere: re ipsa perempta non tenebitur legatarius ad pretium, nec ad aestimacionem: vt Bar. censet, quia incerta fuit aestimatio, quasi non sit locus iuriscōsulti respōso, vbi testator, legatarium grauaret alteri certam ipsius rei aestimacionem restituere: quod tenent idem Bar. in l. vir vxori ff. de dote præleg. Pau. de Cast. in d. §. 2. idem Paul. & illic Ias. in l. Titia testatoris §. al. ff. de legat. 1. text. opt. ad hoc in d. l. vir vxori. quam sic intellexere Alex. in leg. quod re mihi col. 2. Soci. nu. 12. Dec. nu. 6. & illic Purpurar. col. 3. & 4. qui hanc opin. Bar. sequuntur, licet quo ad intel-

lectum

lectū d. leg. vir vxori dubitauerint, vt statim trademus. Oportet enim examinare, an opinio Bar. probetur in locis ab eo adductis.

Nam quod attinet ad intellectū *l. quidam. §. si tibi.* non constat illius respōsi ratio ex pretii certa definitione, sed à voluntate testatoris, qui legauit per fidei commissū pretium, ferui respectu & ratione ipsius ferui: & idcirco videtur de disse primo legatario, cui feruum legauit, electionem dandi feruum legatum alteri legatario, vel eius pretium, vt scribit gl. illic recepta in d. §. tibi. Quamobrē accedit *Conclusio illa communis* fere omnium, in *l. quod te mihi. ff. si certum petat.* cuius ipse memini in *l. 2. Variar. resol. c. 4. n. 14.* alfeuerans non teneri quem perempta re ad eius æstimationē, nec ad illam quantitatem, quæ respectu & ratione illius rei & speciei debetur, quoties debitor rem ipsam extrantem possit inuito creditori dare. Igitur in specie & casu iuriconsulti, etiam si quantitas certa foret à testatore nominatim expressa, idem esset dicendum: quia testator illam quantitatem omnino respectu & ratione rei & speciei legauit, & possit primus legatarius tradendo rem ipsam liberari ab obligatione legati: atque ita contra Bar. illum text. intellexerunt Are. & Alex. d. l. Titia testatoris. §. vlt. ff. de legat. 1. vbi Ias. non satis certus est de huius conclusionis veritate, quæ constat ex d. l. Titia. §. vlt. & multis aliis locis & autoritatibus, quæ late adducuntur in d. l. quod te mihi. Nec tamen inficior, maximam esse Bar. & Pauli Castre. autoritatem quo ad prædictum intellectum & interpretationem: tamen si videam non satis virgere rationes ab eis pro hac parte adductas: cum non conueniat l. C. differentia ista quantitatis certa ab incerta.

Eadem ratione respondendum erit aduersus Bart. & sequaces iuriconsulti responsum in d. l. vir vxori. etiā obtinere, vbi quantitas esset incerta: quia mortuis dotalibus mariti viuo testatore, qui legauerat vxori pro eis æstimationem, aut quantitatem, & post mortem eorum non reuocante testatore legatum: voluntas eius constat, vt legatum debeatur, etiam mortuis dotalibus feruis: quæ quidem ratio ita obtinet, vbi est legata quantitas incerta, ac si certa foret expressim relicta: quemadmodum Are. & Alex. in d. l. Titia. §. vlt. & vbi Ias. adem Ias. n. 15. Dec. n. 6. Rip. n. 18. adnotarunt. in d. l. quod te mihi. Vnde non placet Bar. inductio in d. §. nunc videndum. pro hoc septimo intellectu.

Sed huic septimæ declarationi suffragatur ratio ab eo deducta, quod æstimatio censetur quædam propria venditio. *Lex conuentione. C. de pactis.* Venditio autem non constat sine pretio *l. empti fide. C. de contrahend. emp. §. pretium. Inst. de emp. & vendit.* Igitur cum in hoc casu æstimatio fiat absque quantitate certa, cõsequitur, eam non efficere emptionem. Nam quod superius attingimus in hoc capite, versic. primum, procedit, quoties pretii quantitas, & definitio collata est in alterius arbitrium: tunc etenim illo non arbitrante fauore dotis, vt res sit periculo mariti, non vxoris, succedit ad æstimationem faciendam boni viri arbitriū, & sic æstimatio faciet emptionem, quod est vxori fauorabile: secus autem vbi pretii & æstimationis definitio in nullius arbitrium fuit collata. Quod deducitur ex *l. vlt. C. de contrah. emp.* quo fit, vt hic septimus intellectus ex Barto. & Curt. adnotatus iure possit probari & defendi. legito tamen Fabianum in *tract. emptione. §. quest. vers. circa. tertium.* qui tractat, an valeat venditio, quæ fit absque pretio certo, nec collato in alterius arbitrium, vt succedat iudicis æstimatio, maxime re tradita. Illic etenim adducit authores varia probates: ex quib. disputari poterit contra Bar. & Curt. Iuniorum, quibus nihilominus accederem in hac dubia quæstione: multa siquidem sunt supplenda, vt ex incerta æstimatione rerum dotalium, emptionem constituamus, præsertim rerum immobilium.

8. Octauo, quibusdam placet, æstimationem rerum dotalium in dubio non efficere emptionem, quoties eo tempore, quo fit æstimatio, maritus dotem recipiens non est solvendo, nec habet bona, ex quibus æstimationem rerum dotalium soluere possit. Huius opinionis censentur authores Bald. & Salic. in *l. interest. ad fin. C. de usufruct.* Cremenis in *sing. 18.* Ioan. Lupi in *cap. per vestras. in rep. rubric. de donationib. §. 17. n. 8.* Ias. & Deci. in *d. l. lex conuentione. C. de pact. idem Ias. in §. actionum. Inst. de actio. n. 84.* Soc. Iunior in *conf. 141. lib. 1. n. 12.* qui rationem hanc adducit, quod lex non potuerit fingere, pretium æstimationis datū fuisse pro rebus vxori à marito inopi, & rursus illud pretium receptum in dotem. Quæ qui-

dem ratio, vt ingenue fatear, adeo debilis mihi videtur, vt plane censeam, eam indignam esse cuiusvis medicoriter impossibilia: attamē nihil in hac specie fingitur impossibile: siquidem maritus ille pauper potuisset habere natura, & dem ipse opinior falsam esse opinionem istam, quam in hoc versic. 8. tradidimus, etiam si tot iuris vtriusque interpretes eandem probauerint: scio etenim, æstimationem rerum dotalium in dubio efficere emptionem: nec video alicubi probari, hoc nõ procedere, vbi maritus, res illas accipiens, eo tempore non fuerit ita diues, quod potuisset tunc æstimationis pretium reddere. Imo quicquid veterum sententiarum fuerint hallucinati. Etenim Bald. & Salic. nihil aliud voluerunt, quã quod mulier possit vili rei vendicatione agere ad rem æstimatam, etiam eã æstimatione; quæ emptionem fecerit, in subsidium quoties maritus aut heres non habet bona: ex quibus solvatur dotis æstimatio ipsi vxori. Quod not. gl. celebris in *l. in rebus. versic. æstimat. ff. de iure dot.* quam illic sequitur omnes, & Bal. Nouel. de dote. part. 7. *prim. leg. 23. & parte 8. priuileg. 7.* atque idem Ias. in *d. §. actionum. n. 84. & in l. tradit. C. de pactis. col. vltim.* Bald. in *l. lex conuentione. 3. oppo. C. ad tit. idem Bald. & pluchre Sal. in d. l. interest. qui nõ negat, æstimationem fecisse emptionem, sed probat, quod vbi æstimatio emptionem fecerit, possit etiam tunc in subsidium vxor agere vili rei vendicatione: sed rem æstimatam, quæ per tertium possidetur titulo lucratio, vel oneroso. Atque ita non potest vere adduci Baldi autoritas pro hac opinione, quam in hoc versic. ex tot autoribus retulimus: & quam iterum paulo diligentius retulit Ioan. Lupi in *repet. per vestras. §. 21. nu. 2.* dubitans, an in casu inopie res æstimatæ tali æstimatione, quæ emptionem constituat, pereant ante restitutionem periculo vxoris: & tandem opinatur, eas perire viri periculo. Quod ipse absque dubio libentissime probauerim. Nec refert, quod Bald. & Salic. scribunt, data inopia mariti rem istam ita æstimatam, manere dotalem: quia non intelligitur, quod vere sit dotalis: sed quoad effectum consequendi dotem, ne illa pereat. & præterea hi authores non tractant de inopia mariti, tempore cõtractus dotalis tantum, sed de inopia eiusdem eo tempore, quo dos ab vxore repeti potest, & ideo idē respondissent, quoties tempore cõtractus maritus esset diues, modo postea pauper fuerit effectus. Illud vero nõ est prætemittendū, quod opinio gl. in *d. l. in rebus.* obtinet, etiã si vxor consenserit alienationi rei æstimatæ, quæ facta fuit per maritum eo casu, quo æstimatio fecit vel non fecit emptionem, secundum Sal. in *d. l. interest. ad finem.* & Bald. Nouel. de dote, part. 8. *priuileg. 7.* Sed si vxor egerit vili rei vendicatione ad rem æstimatam eã æstimatione, quæ fecit emptionem iuxta opinio gl. præcitata, adhuc dubitatur an possessor possit condemnationem restitutionis rei effugere offerendo æstimationem ipsius rei: & sane Mari. Socinus in *conf. 224. lib. 2. versic. quimmo.* & Iason in *l. traditionibus. C. de pactis. num. 20.* eleganter responderunt, non esse in hac specie præcise necessariam rei restitutionem, sed satis esse, quod tertius possessor offerat pretium æstimationis. Quod probatur ex eo quod hic tertius possessor, ius habens à marito possit vti eiusdem defensionibus, quibus maritus vti potuisset: quemadmodum satis constat, eum ius mariti successerit, maritus autem satis fecisset vxori ad dotem agenti si æstimationem daret: idcirco satis manifestum est quod Socini & Iason adnotarunt. Deinde vxor nõ potest agere ad rem æstimatam quando æstimatio fecit emptionem, nisi in subsidium: quia ex bonis mariti non potest consequi æstimationem propter eius inopiam. Ergo tantum ei competit vtilis rei vendicatio in effectu ratione illius æstimationis: & vere licet sit vtilis rei vendicatio, tamen hæc non differt quoad restitutionem dotis ab hypotheca: quamvis quo ad prælationem, & alios effectus possit differre: quamobrem sequor ipse Socini & Iasonis sententiam, etiam si late probat Socini opinionem Anton. de Fano. in *tract. de pignoris. §. 2. n. membro 3. numero 28.* qui multa alia tradit hæc in re, quæ sunt memorie commendanda: eum legito, licet eius assertio, qua ex parte Socinum improbat mihi nusquam placuerit. Nono est egregie obseruandum, æstimationem rerum dot-*

dotalium tunc efficere emptionem, cum æstimatio sit ad quantitatem dignam pro ipsarum rerum pretio iusto, quasi dicendum sit, non efficere venditionem æstimatam, quia si non fuerit facta pro pretio iusto: secundum Bald. Salyc. l. 1. & Dec. in d. lex. conventionio. Ioan. Lupi in cap. per vestras de dona. inter virum & vxor. super text. §. 2. in 4. Aretin. cons. 84. col. 2. Bald. in l. 1. quæst. 3. C. commoda. Barba. in consil. 19. col. 4. lib. 4. Socin. iunior in d. consil. 141. lib. 1. col. 4. quibus suffragatur gloss. in l. 1. §. 1. in verb. agendo. ff. superficibus. quæ probat ex quantitate pretij prædicti contractum venditionis, vel alii ab eo dissimilem. Cuius meminere Corset. in sing. in verb. contract. l. 1. in l. 1. col. 5. C. de iur. emphy. Panor. in consil. 116. lib. 2. col. vlt. licet denique hanc nonam conclusionem communi omnium sententia probatam ac receptam esse asseuerat Socin. iunior. in dicto consil. 141. num. 21. quo in loco ad eius probationem post Salyc. inducit duos text. scilicet l. 3. §. 1. ff. de condic. caus. d. 1. & l. 1. §. 1. C. si mancipia fuerit aliena. ego vero hanc opinionem tunc admitterem, cum æstimatio facta fuerit pretio minus iusto deceptione vltra dimidiam: etenim in hoc casu propter maximam pretij iusti diminutionem vel augmentum præsumitur ad alium effectum factam fuisse æstimatorem, non ad constituendam, nec efficiendam emptionem: quod mihi probatur, & sit verisimile ex ipsius Salyc. verbis in d. lex. conventionio, qui scribit æstimatorem constituere, & efficere emptionem, ubi facta sit pro pretio iusto, vel fere iusto. Alioquin enim, si indistincte contrarium admitteremus, cum variâ cõtingant de iusto pretio sæpissime testimonia, nec pretium iustum consistat in indiuidua certitudine, maximum est locus litibus hac de re & controuersijs, nec posset frequenter ad præxim induci communis illa regula, ex qua diximus, æstimatorem rerum dotalium in dubio emptionem efficere. His accedit Regia lex factis insignis in l. 16. §. 11. part. 2. quæ cautum extat, in æstimatõne rerum dotalium quæ simpliciter facta fuerit, non esse permittendum: quod vxor, vel maritus aliquam etiam intra diffidia iusti pretij, læsionem patiantur: imo si æstimatio fiat plus, vel minoris iusto pretio, læsio est reparanda: vt eadem lex respondet. Igitur lex illa non statuit æstimatorem factam pro pretio minori, vel maiori, quam iustitia commutationis patiat, non efficere venditionem: sed maxime cõtinet eam factam esse, modo iustum pretium per additionem, vel diminutionem cõstituitur. Vnde textus hic factis posset induci contra Baldum, Salycetum, & communem, nisi fortassis Regia constitutio ita intelligatur, vt obtineat quoties læsio contingit, intra dimidiam, quod si vltra dimidiam læsio in pretio contigisset, tunc locus sit opinioni Bald. & aliorum, vt æstimatio non faciat emptionem, saltem ubi læsio esset in vxoris damnum.

Decimo, regulâ iuris, quam superius prædidimus, est veritas & procedit ubi res dotalis aliquibus minoris traduntur marito æstimata autoritate tutoris, & decreto iudicis, ac denique ea forma, & solennitate, quæ iure necessaria est in alienandis rebus minorum. Nam etiam si quibusdam visum fuerit, posse res minorum dari in dotem pro ipsâ minoribus absque decreto iudicis, & id fortassis non sit à publica utilitate alienum: receptius tamen est, decretum exigi vltra tutoris auctoritatem ad donationem dotis, illarum equidem rerum, quæ non possunt absque decreto alienari, eritque dotis causa sufficiens ad iustitiam alienationis. text. & ibi gl. & Doct. in l. lex. qua tuores. C. de administra. tuorum. notatur in l. 1. C. si aduers. dotem. tradit Bart. in l. si constante. ff. soluto matrim. num. 77. optime Fabian. de Monte in tract. de eruptione. q. 5. vers. sequitur videre de forma. col. 26. in qua quæstionis. Nec potest dubitari de hac conclusione, quoties non tantum agitur de simplici datione in dotem, sed de donatione illa, quæ per æstimatorem emptionem facit, & est vera propriaque alienatio dicta lex. conuentione C. de pactis. Vnde opinor æstimatorem rerum dotalium minoris non efficere emptionem absque decreto iudicis, etiam si tutoris auctoritas accesserit. Quia ratione posset contingere, æstimatorem rerum dotalium partim emptionem efficere: vt pote si quedam ex rebus dotalibus æstimatis sint eius conditionis & qualitatis, vt à tutore absque decreto alienari possint, & facta fuerit æstimatio absque decreto iudicis. Etenim in hac specie æstimatio facit emptionem quo ad res illas, quæ possunt per tutorem alienari absque decreto. Quod est notandum omnino: quia passim contingere potest.

Quod si rerum immobilium facta sit æstimatio à tutore

absque decreto iudicis, & ita data fuerint res in dotem, poterit vxor soluto matrimonio ratam habere hanc æstimatorem, & pretium illius eligere ac petere, si sibi ea electio vtilior sit. Hanc sententiã ex eo probamus, quod Episcopus ratam possit habere alienationem rerum ecclesiæ absque solennitate sede vacante factam, gloss. in cap. 1. no. sede vacante. in verb. sede vacante. quam cõmentat & sequuntur Abb. in cap. causam quæ. in secundo, de iudic. col. vlt. idem in cap. diuersis fallacis. col. 2. de cleric. conu. & in consil. 84. libro. 2. Aret. in consil. 77. col. penult. Iaso. in l. non eo minus. nome. 3. C. de procur. et. quibus accedit Matthes. norab. 156. Fulgos. & Ias. in l. cum hi. §. eam transactionem. numer. 3. ff. de transactionibus. textus optimus in l. in lianus. §. si à pupillo. ff. de actio. empti. pulchre Innocent. in capitulo. 1. & illi omnes de his, quæ sunt à prelat. sine consensu cap. minor. et. etiam, vel ecclesiæ poterit ratam habere cõtractum factum absque iuris solennitate: nec potest alter huic ratihabitio- ni contradicere: quod probat textus in dicto §. si à pupillo. & idem erit in ecclesiâ, secundum Innocent. & alios, quorum modo meminimus. Sicut contractus doio contrahentis gestus, licet sit nullus, potest ratas haberi ab altero, qui dolum non adhibuit gloss. Bald. & omnes in l. in quibusdam. §. propter ai. de pactis. gl. in l. eleganter. in verbo. nullam. & illic Bart. ff. de dolo. l. 1. in §. actionum. num. 41. de actioni. & tradit Baldus in l. 1. Cod. plus rele- re quod agi. col. 2. sic igitur vxor potest ratam habere æstimatorem rerum dotalium, & immobilium factam absque decreto iudicis, vt talis æstimatio emptionem faciat in ipsius vxoris utilitatem, si ipsa velit matrimonio soluto eligere æstimatorem, nisi quis dixerit, glo. & communè, cuius modo meminimus procedere in vera, & propria venditione quæ fuerit absque vilo dubio facta, non tamè in hac æstimatõne rerum dotalium, quæ ex presumptionibus venditio censetur atque ideo hæc præsumptio cessare videtur ex vtraque parte quoties non accesserit contractui ea forma, quæ ad veram venditionem esse necessaria: quasi ob defectum forme dici possit contrahentes noluisse vt æstimatõne ad effectum venditionis.

Vndecimo, illud hoc in tractatu non erit obliuioni tradendum, quod rerum dotalium æstimatio emptionem facit: quando sit statim tempore traditionis, aut tempore quod dos constituitur, vel paulo post: secus autem erit, ubi semel dote tradita, & constituta, ex intervallo postea matrimonio constante sit æstimatio: hæc enim non facit emptionem, cum non sit verisimile contrahentes per nouationem à priori contractus lege discessisse: & præterea nec donatio fieri possit inter virum & vxorem, nec alienatio rei dotalis, quæ forsitan ex hac æstimatõne, quæ emptionem efficeret, sequeretur. atque ita hanc vndecimam conclusionem tenent Bald. Salic. Iason, & alij in dict. l. ex conuentione. Aretin. in dicto consil. 83. col. 2. Barb. consil. 19. col. 4. lib. 4. Socin. iunior in dicto consil. 141. col. 4. num. 24. Ioan. Lupi in repe. c. per vestras. super textum. in princ. §. 2. in 4. de donatio. inter virum & vxorem.

Duodecimo, ne quem decipiat iunioris cuiusdã dubitatio, non verebor adnotare, minime fore necessariũ ad hoc vt æstimatio faciat emptionem, quod res æstimata sint præsentis. Nam dubio procul sicuti rerum absentium sit vera, & propria venditio, ita & hæc præsumta per æstimatõnem. Quod nemo vsquam negauit ex his, quos memoria teneo me legisse. Quamuis Ioannes de Neuzanis in Sylua nuptiali. capitul. ampliciani primo. numero septuagesimo secundo de hac opinione dubitauerit propter Bartol. auctoritatem in lib. si. propter. ff. rerum. amotar. & Iurisconsulti in lib. eim. & in l. si res. ff. no. rei vendicatione. à quibus illud tantũ probatur quod rei æstimatæ dominium non transit in illum, cui per æstimatõnem venditur, nisi præsens ipsa res sit. Id vero non vrget, nec dubitationem inducit. liquidem & in vera venditione, ac perfecta non transit dominium ante traditionem, & nihilominus vera est, propria & perfecta venditio ex ipsa conuentione. Sic & in æstimatõne conuenta consensu contrahentium venditio iure constituitur, etiam si res æstimata præsens non sit, quia hoc non est necessarium. Imo ipse cenfeo, etiam re præsentis per æstimatõnem non transferri dominium, nisi ipsius rei traditio fiat. nec contrarium probatur in d. l. eius. & in l. hæc si res. nec in d. l. si propter. Quibus in locis quædam specialia traduntur responsa, quæ specialem rationem habent, quæ palam ex ipsorum Iurisconsultorum verbis cessant.